Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Friedrich Hein Friedrich Willebrand

Disputationum Ordinariarum III. Proponens Quaestiones Iuridicas Tit. IV, V. & VII. Lib. XII. Digest. De Condictione Causa Data Causa Non Secuta, De Condictione Ob Turpem, Vel Iniustam Causam, Et De Condictione Sine Causa

Rostochi[i]: Pedanus, 1626

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731515560

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

3 Disputationen.

Vert.

F. Hein (F. Willebrand) /c

R U. im. 1626.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731515560/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn731515560/phys_0002
DFG

17.
247

DISPUTATIONUM ORDINARIARUM III.
PROPONENS QUÆSTIONES
JURIDICAS

Tit. IV, V. & VII. Lib. XII. Digest.

De

CONDICTIONE (1)
CAUSA DATA CAUSA
NON SECUTA,

De

CONDICTIONE OB TUR- (2)
PEM, VEL INJUSTAM CAUSAM,

Et

DE CONDICTIONE (3)
SINE CAUSA.

Quas

Auspicijs SS. Triados,

SUB PRÆSIDIO

FRIDERICI Heins / J.D.

Publicè ad diem 25. Novembr.
defendet

FRIDERICUS WILLEBRANDUS.

ROSTOCHII,
E officina Typographica Joachimi Pedani
Acad. Typog. Anno 1626.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn731515560/phys_0003
DFG

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn731515560/phys_0004
DFG

Σὺν Θεῷ.

CONdictionis, causa data causa non secuta, appellatio, sumpta est à verbis legis, ut per eam repetantur scilicet causa data, id est, sub causa, ut *l. pen. h. t.* si ea causa secuta non sit. Causa do, quod do, ut Romam eas. Causa non sequitur, si non Romam eas. Causam enim hîc non pro principio agente accipimus, sed pro fine, quæ res dicitur propriè; non pro causa præterita, sed pro futura: quæ si sifellerit, id est, secuta non fuerit, condictio competit. Qua ratione fit, quod condictio hæc non tantum dicatur condictio causa data causa non secuta, item condictio ob causam, condictio ob causam datorum, ut in rubr. Codicis; condictio ob causam dati, causa non secuta: verum etiam condictio ob rem dati, re non secuta. Ex quibus facile est condictionis hujus exstruere definitionem, quod scilicet sit actio, qua repetimus data ob causam vel rem honestam, causa vel re illa non secuta. *Cujac. in par. ff. & C. h. Adde etiam Wesemb. in par. h. n. 1.* His prælibatis sit nunc ex hoc titulo.

Quæstio I.

SI cum tibi esset hereditas vel legatum relictum sub conditione, si mihi decem dederis, & tu decem illa mihi dederis, ut hereditatem vel legatum consequi posses; mox autem hereditatem vel legatum repudiaveris; Utrum decem illa mihi condicere possis? R. Posse. *l. 1. §. 1. h. l. in summa 65. §. sed agere. 3. ff. de condict. indeb. Adde gl. in d. l. 1. §. 1 in verb. si parendi, h. & Cujac. ad l. si repetendi. 7. C. Eod. in comm. suo super Cod.*

II.

Si tibi pecuniam dederim, ne ad judicem ires, de cautione verò eo nomine præstanda nihil tum fuerit dictum, An eam à te petere possim, & nisi eam mihi præstiteris, datam pecuniam condicere possim? R. Non posse. *l. dedi. 3. in pr. h.*

III.

Si dederim tibi decem, ut Stichum manumitteres; An si id non feceris, decem condicere possim, vel etiam præscriptis verbis agere? R. Posse. *d. l 3. §. sed si. 2. h. l. naturalis. 5. §. at cum do. 2. vers. quod si tale. l si tibi. 7. ff. de præscript. verb.* Idq; si præstitutum est tempus, eo finito: si non est præstitutum, tum demum, cum tantum temporis præteriit, ut potuerit debueritve servus manumitti, quod plerumq; redigitur ad duos vel quatuor menses, secundum distinctionem *l. ult ff. Qui sine manumiss. ad libert. perven. gl. in d l. 3. §. 3. in verbis: condici poterit, h. Cujac. ad d. l. 5. §. at cum do. 2. vers. quod si tale. ff. de præscript. verb. cum in recit. suis solenn. & repet. prælect. tum in suo Paulo, nec non ad d. l. si tibi. 7. eod. tit. in suo Papin. item ad l. 7. §. 2. ff. de pact. in comm. suo ad ill. tit.*

IV.

An qui decem dedit, ut Stichus manumittatur, pœnitere postea, eaq; sua pœnitentia officere libertati Stichi possit? R. Posse. *d. l. 3. §. 2. h. l. 1. l. ult. C. si mancip. ita fuerit alien. l. 3. ff. de serv. export. Cujac. ad d. tit. C si manc. ita fuer. al. in comm. suo ad ill. tit. & ad l. quæsitum. 8. ff. de serv. export. in suo Papin.*

V.

Cum inter nos convenisset, ut tibi darem decem, ut manumitteres Stichum, & tu manumiseris, nec tamen tibi decem dem, qua actione adversus me agere possis? R. Agendum esse condictione, quæ ex proposito contractu oritur, *d. l. 3. §. quin imo. 4. h.* hoc est, actione præscriptis verbis, quoniam propositus contractus est innominatus. *Cujac. ad l. 7. §. 2. ff. de pact. in comm. suo ad ill. tit.*

VI.

Si liber homo, qui bona fide serviebat, mihi pecuniam dederit, ut eum manumittam: & fecero: postea liber probatus, an mihi condicere possit pecuniam illam, quam mihi dedit, quasi causa non secuta? R. Aut liber homo, qui bona fide serviebat, pecuniam eam de peculio, quod ipsum sequi debebat, de peculio parto extra suas operas, & extra rem bonæ fidei possessoris, persolvit; aut verò persolvit de peculio parto ex re bonæ fidei possessoris, vel ex suis operis; quod quidem peculium constat apud

bonæ

bonæ fidei possessorem relinqui debere. Priori casu condictio locum habet. *d. l. 3. §. si liber. 5. h. l. si procuratorem. 8. §. si liber. 5. ff. Mandati. l. ult. in pr. ff. de condict. indeb.* Posteriori verò casu, & ubi eam pecuniam dedit, quam ex operis suis, vel ex re ejus, cui bona fide serviebat, acquisivit, condictio cessat. *d. l. 8. § 5. vers. planè. ff. Mand. d. l. ult. in pr. ff. de condict. indeb.* non quod hoc casu effectus aliquis secutus sit magis, quam casu præcedente, sed quod suos bonæ fidei possessori nummos dederit: erat namq; pecunia ea ex peculio ad bonæ fidei possessorem pertinente. *Cujac. ad d. l. 3. §. si liber. 5. h. in suo Juliano.*

VII.

Si testator servo libertatem reliquerit sub conditione: si decem daret Mævio; An servus Mævio decem de peculio dare possit, invito & prohibente herede? R. Non posse. *d. l. 3. §. ult. h.* & ideò eum, qui invito herede sciens à servo accepit, pro possessore videri eam pecuniam possidere, ut ei ab herede avocari possit. *etiamsi. 110. ff. de condit. & demonstr. gl. ad d. l. 3. §. ult. in verb. dare, h.*

VIII.

Si quis acceptò tulerit debitori suo, cum conveniret, ut expromissorem daret, nec ille det: An ei, qui acceptò est liberatus, condici possit, scilicet liberatio, ut sic reponat se in priorem obligationem? R. Condici posse. *l. si quis 4. h. & l. si mulier. 10. ff. h. t. l. licet. 43. in pr. ff. de jure dot. Cujac. ad l. ob causam, 9. ff. de præscript. verb. in comm. suo ad ill. tit. itemq; Papin. suo.*

IX.

An ei, qui pecuniam dedit alteri, ut Capuam iret, pœnitere liceat. R. Licere pœnitere ei, qui dedit. *l. si pecuniam 5. in princ. & ibi gl. in verb. repetetur, h. Bart. ad eand. l. n. 13. Zasius ibid. n. 4. & 6.*

X.

Si servum tibi tradiderim manumittendi causa, ut à te intra certum tempus manumitteretur, & prius quam tempus præterierit, me pœniteat, & certior à te ne manumittas, tu autem nihilo minus manumittas etiam post pœnitentiam, An detur mihi adversus te aliqua actio? R. Actionem mihi dari ad æstimationem servi, actionem ad interesse, quanti mea interest, servum

non esse manumissum *d. l. 5. §. 1. h.* Cæterum libertas non revocatur. *Gl. in d. l. 5. §. 1. in verb. competit. Zasius ibid. n. 4. & 5.*

XI.

Si tibi decem dedero, ut servum emas & manumittas, is verò servus emptus, cum jam amplius nollem eum manumitti, aufugerit sine dolo & culpa tua; An tenearis mihi condictione ob rem dati, saltem in hoc, ut caveas, servum restitutum iri, si in potestatem tuam pervenerit? R. In hoc condictionem ob rem dati competere. *d. l. 5. §. item si quis. 2. in fin. & ibi gl. in verb. restitutum, h. l. si procuratorem. 8. §. ult. ff. Mand. Cujac. 22. obs. 30. & ad l. 20. ff. Depos in suo Paulo.*

XII.

An etiam inter sponsum & sponsam sit affinitas? R. Affinitatem inter hos non esse, sed eam contrahi solis nuptiis, iisq; non interdictis, inter conjugem & alterius conjugis cognatos. *l. non facilè. 4. § sed quoniam. 3. & l. sciendum. 8. ff. de gradib. cum qua l. quomodo in concordiam reducenda l. quod Servius. 8. ff. h. t. vide gl. h. ibid. in verb. affinitas.*

XIII.

An præfectus vigilum summo aliquem supplicio afficere potuerit. R. Potuisse. *l. pen. h. Cujac. ad Nov. 13.*

XIV.

Qualis sit contractus hic: Dedi tibi pecuniam, ut mihi Stichum dares, utrum id contractus genus pro portione emptionis & venditionis sit? R. Hunc contractum non esse emptionem venditionem, sed esse contractum innominatum Do ut des, *l. ult. h. Cujac. in l. naturalis. 5. ff. de præscript. verb. & 23. obs. 29. nec non ad l. 50. ff. de jure dot. in suo Afric.*

AD TIT. V. DE CONDICTIONE OB TURPEM VEL INIUSTAM CAUSAM.

Condictio ob turpem causam est, qua accepta ex causa bonis moribus adversa, etiam causa secuta, repetuntur. *l. 1. §. fin. & l. ult. in pr. ff. h. l. quotiens. 4. C. Eod.* Solius ergò accipientis turpitudinem intervenire necesse est, ut locum habeat hæc condictio. *l. idem. 4. §. quotiens. 2. ff. h.* ut si pecuniam quis acceperit, ut rem depo-

depositam vel furtivam restitueret. *l. 2. §. 1. ff. h. l. pen. & ult. C. Eod.* ne accipiens pecuniam sacrilegium, furtum, injuriam mihi faceret, ne hominem occideret. *d. l. 1. in pr. & d. l. 4. §. 2. ff. h.* Sin verò solius dantis turpitudo versetur; ut si scorto quis mercedulam dederit. *d. l. 4. §. 3. ff. h.* vel dantis & accipientis turpis causa sit; ut si mercedula quis judicem corruperit. *d. l. 2. §. fin. & l. 3. ff. h.* condictio hæc cessat, cum in pari causa possessoris conditio melior habeatur. *l. si ob turpem. 8. ff. h. l. cum te. 2. C. Eod. l. fin. in pr. ff. de condict. sine caus. Cujac. in par. ff. & C. h.*

Condictio ex injusta causa est, si quis dederit ex pacto non justo, puta facto, vi, aut dolo malo, aut contra jura publica: vel ex stipulatione vi extorta *l. ex ea. 7. ff. h.* In hac ergò condictione causa pro principio: in illa pro fine accipitur. *Cujac. d. l. & ad tit. C. de condict. ex leg. & sine caus. vel ex injust. caus. in par.*

Ex hoc titulo Interpretes nostri quærunt

I.

An, ubi dantis & accipientis turpitudo versatur, repetitio habeat locum? R. Non habere. *l. ubi. 3. h. Cujac. ad l. 5. ff. h. t. in suo Juliano.*

II.

Si quis in adulterio deprehensus pecuniam dederit, ut se à periculo redimeret; An habeat repetitionem ejus, quod ita dedit? R. Non habere. *l. 4. in pr. & §. 1. h. Vide Cujac. ad l. isti quidem 8. in pr. ff. Quod met. caus. in suo Paulo.*

III.

Si quid ob turpem causam promiseris Titio, An ejus nomine Titius actionem ipso jure habeat? R. Habere, sed exceptione doli mali, vel in factum eam actionem tolli. *l. si ob turpem. 8. h. & ibi Cujac. in suo Paulo, & in explic. l. generaliter. 26. & seq. ff. de V. O. in comm. suo ad ill. tit.*

Sub titulo VI. Lib. XII. Pand. qui est de CONDICTIONE INDEBITI, quia plures & maximè controversæ occurrunt quæstiones, idcirco illum titulum singulari disputationi, primo, quo materia hæc & frequens & subtilis Respondentem invenerit, tempore, cum bono DEO habendæ, reservavimus.

AD

AD TIT. VII. DE CONDICTIONE SINE CAUSA.

Sequitur nunc alia ſpecies condictionis, condictio ſcilicet ſine cauſa, quæ vel concurrit cum ſuperioribus condictionibus. Nam ſine cauſa id etiam apud te eſt, quod indebitum, vel quod ob turpem cauſam accepiſti, vel quod ob honeſtam cauſam cauſa non ſecuta, vel quod tu mihi furto abſtuliſti, vel ex injuſta cauſa habes. Vel etiam nonnunquam ſola competit, ut in ſpecie *l. 2. ff. h. t. & l. ſervus 30. in pr. ver. ſecundum. ff. de act empt.* Sine cauſa eſt chirographum meum apud te, ſi nihil mihi credideris, vel ſi quod credidiſti, omne perſolvero tibi. *l. 2. & 4. C. h. t.* Sine cauſa ad malæ fidei poſſeſſorem perveniunt fructus rei alienæ. *l. 3. C. h.* Quibus caſibus propriè locus eſt condictioni ſine cauſa. *Cujac. in par. ff. & C. h. Weſemb. ibid.* Quæſtiones ſub hoc titulo occurrentes hæ ſunt:

I.

Si fullo, qui veſtimenta lavanda conduxerat, iis amiſſis, domino pretium, ex locato conventus, præſtiterit; poſteaq; dominus invenerit veſtimenta: qua actione fullo pretium conſequi debeat, quod dedit? R. Vel actione ex conducto, vel etiam condictione ſine cauſa. Etenim, veſtimentis inventis, quaſi ſine cauſa datum videtur. *l. 2. h.*

II.

Si avunculo, vel privigno, vel ſocero nuptura, pecuniam in dotem dederit, neq; nupſerit; An eandem repetere poſſit? R. Poſſe, idq; condictione ſine cauſa. *l. ult. in pr. & §. 1. h. & ibi Cujac. in ſuo Papin.*

Θεῷ μόνῳ δόξα.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn731515560/phys_0011
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn731515560/phys_0012
DFG

depositam vel furtivam restituer .l. pen. & ult. C. Eod.
ne accipiens pecuniam sacrilegii njuriam mihi face-
ret, ne hominem occideret. d. l. 1 §. 2. ff. h. Sin verò
solius dantis turpitudo versetu quis mercedulam
dederit. d. l. 4. §. 3. ff. h. vel dan tis turpis causa sit;
ut si mercedula quis judicem cor §. fin. & l. 3. ff. h.
condictio hæc cessat, cum in par oris conditio melior
habeatur. l. si ob turpem. 8. ff. h. l. l. l. fin. in pr. ff. de con-
dict. sine caus. Cujac. in par. ff. &

Condictio ex injusta causa derit ex pacto non
justo, puta facto, vi, aut dolo m a jura publica: vel
ex stipulatione vi extorta l. ex e hac ergò condictio-
ne causa pro principio: in illa itur. Cujac. d. l. &
ad tit. C. de condict. ex leg. & sin njust. caus. in par.

Ex hoc titulo Interpretes no

An, Ubi dantis & accip do versatur, repeti-
tio habeat locum? R. Non hab Cujac. ad l. 5. ff. h. t.
in suo Juliano.

Si quis in adulterio depre iam dederit, ut se à
periculo redimeret; An habeat ejus, quod ita dedit?
R. Non habere. l. 4. in pr. & §. c. ad l. isti quidem 8.
in pr. ff. Quod met. caus. in suo

Si quid ob turpem causan Titio, An ejus nomi-
ne Titius actionem ipso jure ha ere, sed exceptione
doli mali, vel in factum eam a l. si ob turpem. 8. h. &
ibi Cujac. in suo Paulo, & in exp r. 26. & seq. ff. de V.
O. in comm. suo ad ill. tit.

Sub titulo VI. Lib. XII. e CONDICTIO-
NE INDEBITI, quia plur controversæ occur-
runt quæstiones, idcirco illu gulari disputationi,
primo, quo materia hæc & fre is Respondentem in-
venerit, tempore, cum bono D reservavimus.

AD

the scale towards document
Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.
Patch Reference numbers on UTT
Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731515560/phys_0013
DFG